

Officium supremum, viro
excellentissimo atque
consultissimo, dn. m.
Axelio ...

Tigerstedt, Erik,

1 Ic 1682 Kempe, Axelius



OFFICIUM SUPREMUM,

VIRO

Excellentissimo atque Consultissimo,

8
266


14

DN. M. AXELIO A.

R E D B E /

IN INCLYTA ACADEMIA ABOENSI
ANTEHAC JURIS PROFESSORI CELE.
BERRIMO,

Dum beatæ ejus exuviæ decenti pompâ, in templo
Cathedrali Aboënsi, terræ mandantur d. 5 Februarj
Anno græ Christianæ 1682.



Præticum.

A COLLEGIS, AMICIS & PATRIOTIS,
p. m. Defuncti.

ABOÆ, Excusum à JOH. WALLIO, A.T.

14

1682

ΕΠΙΤΑΦΙΟΝ

εις

Ἄνδρα Εὐβελότατον τε καὶ Στοκασικώτατον νῦν παρόλβιον
 κύριον ΑΞΕΛΙΟΝ ΚΕΜΠΕ
 τῶν νόμων καὶ θεμίδος ἐνθάδε διδάσκαλον.



Τὸ δίκαιον διδάσκων τὰς νεατέρους καὶ τὰς νόμους ἐξηγά-
 μεν Ἐνθάυτα τὴν τῆς πεπραμένης δίκην ἐπλήρωσε.
 Παρέυα νῦν ὀδίπτα, θνητὸν σε εἶναι ἐθυμῆ καὶ ὄραν τὸν
 τῶν βίβων ὄρον πλησίον ὄντα, Φέρε εὐχόλως ἢ μὴ ἀθυμῆ. Ἐρρώσο!

ERICUS FALANDER
 h. a. Acad. Rector.

ELEGIA

In Excessum Juris Consulti Aboënsis,

Mag. AXELII ANDREÆ ΚΕΜΠΕ &c.



ΚΕΜΠΕ, meos inter Elos delibate sodales,
 Atq; iidem Claris Portio doctæ Chori:
 Militiæ cui cana Fides, cui Spada Themisque
 Militat & sancta pars honorata probè:
 Quâ Venerantem Te redamans dulcedine JESUS
 Post obitum sedes duxit ad athereas.
 At Nos adversis mundi luctamur in undis
 Quos super irati detonat ira Dei!
 Audiuit Te sacra Trias votumque beavit;
 Fallor? an in portum est nunc tua vecta ratis?

Luctuôsâ voce cantata ab
 ENEVALD. SVEN. Q. G. A.
 SS. Th. D. Profess. & Past. Aboënsium.

INSCRIPTIO TUMULI

Viri quondam Consultissimi & Praeclentissimi,

DN. M. AXELII KEMPE;

Hactenus in Regia hac Universitate Aboënsi Juris Professoris
publici, nunc pie defuncti:



ic jaceo, quondam docili praecepta juventa

Qui dederam morum; semina iustitia:

Historiasque simul referans, & tempora prisca;

Quae memorant fasti vel spaciosa dies.

Post voluit Sveonum Rex & suprema potestas

Pandere me leges fatidica Themidos.

Nunc tegor hac urna; corpus sit vermibus esca;

Suscipias animam Christe benigne meam!

Quam extremi officij loco in gratam pie defuncti

DN. Collegae memoriam deproperabat

JACOB. FLACHSENIUS

S. Tb. Prof. Ord.



Athletam poscat mundi solertia vafri

Nonne latis vigilem? quaelibet hora docet.

Spurria deterfit KEMPE qui dogmata morum

Astrae decus hic nobile gentis erat, (orbem

Pulpita quem laudant, ejus quoq; scripta per

Docta volant: Exlex jam libitina capit.

Luget confessusque chorus, subsellia plangunt

Hunc obitum, ac duras tot remanere vices.

Quae mea Musa valet, Collegae adplaudo fideli

Post cineres: fatum viceris atque dolos,

Caelitibus coram constans Athleta triumphas;


Non equidem invideo, quæis potiâre, Vale.

Bussum contemplatus desideratissimi Collegae,

hoc monumentum erexit

ELIAS TILLANDZ

Med. Doct. & Prof.



Iscellum è catu mortalium Consultissimi olim Domini
 DR. M. AXELII Kempei juris utriusq; in Re-
 giâ Aboëniâ Academiâ Professoris publici & Ordini-
 narii, Doleam an gratuler impensus! totus heres:
 Dolendum sanè mihi cum omnibus Fama ejus bene
 cupientibus, Quod vir ingenio sagacissimo, Erudi-
 tione solidâ, meritisque in Rep. literariâ longè clarissimus, morte
 prævenus quasi præmatura, fatis cesserit! Ego vero, ut Collegam
 sincerum, & amicum à juvenute nostrâ fidelissimum mihi illum
 fuisse, ingenue etiam hic fateor; Ita, quamvis certus sum finem
 vitæ ejus, initium æternæ spavitatis exitisse, non tamen sine la-
 crymis hæcce Scribo, venit quippe in mentem mihi quantis fuerit
 subiectus molestiis arumnis, persequutionibus & injuriis: Quanta ab
 incendiis damna? quantum ex amissione conjugis cum substantiâ
 sua omni in nuperrima conflagratione hujus civitatis, expertus do-
 lorem? tantum sane ut quantumvis animi fortitudine decenter
 sustinuerit Corporis tamen viribus, auxilio solatioque proximorum
 utpote locorum spatiis remitorum destitutus, nihil magis in votis
 haberet quam Dissolvi & Esse cum Christo, quod votum votorum omni-
 um supremum ipsi quia feliciter cessit utpote ad caelestia mihi præ-
 eunti, non possum quin gratuler, propediem visæ Domini terminum
 constituyente ipsum concomitaturus.


ANDREAS PETRÆUS.

In

Obitum Lugubrem.

M. AXELII KEMPEI

Antecessoris in Regiâ Academiâ Aboëniâ hæctenus Consultissimi,
 ELEGIA.



Læbilis Astrææ penitus lugeto satelles,
 Et lætims teneras perge rigare genas!
 Planctibus emacia tibi vivida pectora moestis,
 Nec cesset tristi corde querela tuo!
 Occubuit nostris haud pridem KEMPIUS oris,
 Antistes juris qui Themidisq; fuit.

Qui

Qui vixit legum Patriarum interpret acutus,
Et Romanarum, præpete morte cadit.
Vocem Iessiada quocirca imitare Juventa:
Nescin' ablatum deses Aboa virum?
An cecidisse virum nescis Academia doctum,
Quo doctore caret mœsta cathedra suo?
Quinetiam fortem desseverat Israël olim,
Amissum Saulem belligerante manu.
Nempe bonum civem cuncti lugemus ademtum,
Constitit & patriæ quem studuisse piæ.
Pulpita discursu sonuerunt undique docto,
Quæ deserta suo præside sæpe vacant.
Jam fidus patronus abest, qui fortè clientes
Consilio adjuvit providus usque gravi.
Hunc consultorem posthac mala fata requirent,
Cujus re dubiâ sapius usus erit.
Hunc natæ generique pii, nunc syrmate pullo
Induti plorant, exsequisque colunt.
Filius ipse suos lugebit denique casus,
Dum patris auxilio post cariturus erit.
Nec quoque discipuli deerunt, qui tristia flebunt
Fata sui quondam præstitis atque ducis.
Chironem vitâ functum veneratur Achilles,
Quem vivum sprevit durior ingenio.
Denique mortales primùm bona nostra putamus
Rite suo pretio, cùm periisse dolet.
Nemo suos navos cordatior ipse negabit;
Æquos esse alijs convenit ergo magis.
Sic vita est hominum: Miseris lex omnibus una est,
Criminis esse reos, ut magis atque minùs.
Casibus humanis quare ingemuisse decenter
Valde par est homini, quem regit æquus amor.
Sic equidem moriens mortalia nostra relinquit
KEMPUS, ut nostrum quisq; obiisse velit.

Sicut

Sicut in æternos animâ translatus honores
Vivit, sic nostrum quisq; abijisse vovet,
Quocirca tandem frangamus ferrea fata,
Incumbente Deo speq; fideq; piâ.
Tutior haud alius pelagi post murmura portus
Mundani dabitur, sævit ut orcus atrox.
Demum divinis superabimus æthera pennis,
Cælitibus socij, consimilesq; Dei.

Memoria defuncti scripta à

PETRO LAURBECCHIO.

In

PIAM MEMORIAM

VIRI

dum viveret

Excellentissimi Consulestissimiq;

M. AXELII R & M P & S

Juris utriusque in Regia universitate

Aboënsi

Professoris Celeberrimi;

Sicut ejus vita qui bene vixit

longa est, etiamsi brevis sit;

Ita ejus qui male, etiamsi longa sit,

brevis est.

Scilicet

Longitudo sua *Huic*

In vita est tædium,

In morte oblivio:

Illi

Sua brevitatis utique brevis,

Solacium in vita,

In morte immortalis memoria.

Inde est,

Ut quicquid vel jubet ambitio,

Vel solus labor exstruit,

Cito dispereat;

Virtutem vero

Nec

Nec deleat ætas præfens,
Nec sequens diminuat,
Sed ulterior semper ad venerationem aliquid conferat.

VIR fuit

Natura, ingenio, doctrina, fide, pietate,

Virtute denique omni,

Non tantum sibi sufficiens,

Sed primum parentibus,

Mature Præceptoribus,

Tempestive discipulis,

Semper amicis, Collegis, patriæ, REGI,

Ipsique DEO,

Quatenus mortalis quidem tulit conditio,

abunde charus,

MAGISTER AXELIUS REMPFI

a primis Academia Aboënsis cunabulis

ejusdem Bibliothecarius,

postea PROFESSOR

Duplici muneris honore

etiam posteritati commendabilis.

Cujus Vita,

si desiderium respicis discipulorum, amicorum

& patriæ,

Licet mediocriter in se longa fuerit,

tamen brevis erat;

Sin vero virtutem

& post ipsos etiam cineres memoriam,

Longa satis

Fuitque sic

brevis nobis, longa sibi.

Quicquid sit,

exemplo suo docere potest unumquemque,

Quod vivere

tota vita discendum sit,

&, quod magis forte mirabile,

tota vita discendum sit mori.

Scripsit in: er occupationes & gemitus

AND. WANOCIIUS Phil. Pract. Prof. Ord.

Sic tandem præclare Virum tua scena peracta est
KEMPE, brevis vitæ stamina rupta tuæ?
Sic mundi defessa malis nunc maesta recondis
Lumina, sub gelida contumulandus humo?
Non ego promeritas laudes doctasque Camænas
Persequor, ingenii munera Clara tui,
Non loquor exhaustos vernante ætate labores
Eximie effusas sedulitatis opes.
Fama ferens superest spatiosum nota per orbem
Castaliæ dudum quam peperere Deæ.
Hoc memini, quamvis crudeli plurima fato
In propriis fueras passus acerba bonis
Vincere tot casus potuisti, vincere mortem,
Fatalem cunctis vis tamen alta negat.
Ergo beate vale, mors nunc tibi meta dolorum,
Incola Cælestis KEMPE beate vale.

G. E. B.

Quis nisi cum gemitu Numerum perpendit eorum,
Invida quos hic mors præcipitavit humo?
Prætereo reliquos; quos & sua fama sequuta est,
AURICÆ Nostra Lumina Magna Scholæ.
AXELIUS Kempe hos sequitur, Themidæque Sacerdos,
Fennorum & Patrii splendida gemma Soli.
Lugemus pia fata Viri, Jurisque dolemus
Ereptum mystam, fulgidiusque jubar.
Hanc plagamque novam vellem diducere multum;
Impedior sed nunc Lector amice, scias,
Sermo Parentalis prohibet componere versus,
Quem Tibi polliceor: sed benedic Domine!
Non stylo solum, sed & animo simplici,
candido tamen & officioso,
Occupatissimus, merito non lubens, posuit
GABRIEL WALLENIUS A.F. West.

Sle Menstia som här hamblår
Och i myndzens Wörcker samblår
Tu här något om tigh märck
När tu träder in i Wärlden
Och bödr leswa här i Flården
Hur' begynnes detta Wärc.

Gråt och flagan Suck och Qwilda
Medh mehr Gländ' tu så lyda
Måst/ thet är tin Födylos ståat
Hwar så sless titt ursprung märckia
Tu kund' / skull' wilst Hiertat wärckia
För slykt uselt Stånd och Låat.

Seen man stupit detta trångsle
Gåår man stengd i egit Fångsle
Umgåås alt medh dödligt grill
Alle sine ålders Dagar
Man här häfftigt och beklagar
Intet är som man thet wil.

Ungdom ålder Barna Sinne
Bland man önskad' hafwa inne
Alt som söres här wårt Sinn.
In hur' luckan medh of spelar
Bland of lockar stundom seelar
Undertiden gödr heel Blinn.

En så säll man aldrigh finner
Then eff någon wårpling hinne
In i ring här alting går.
Tänck hwarad tusend flere stöter
Framgent här en Menstia möter
Eff man alt ythala måår.

¶

Antlig

Antligh när äth ändan luuter
Dch här dödsens Skott tilskuter
Blifwer qwaar en näfwa Mutl.
Rödt och Wäder/ Damb och Usta
Wij liff' äre/ fast wij braska
Flächtas/ föras/ falla full.

Men hwad tienar här wijdh göra?
Tu skal wäl tin lefnad föra
Lefwa wäl är saligt döo.
Saligt lefwa/ saligt stihja
Saligt är off hwar at wilja
Som fringsörer thenna So.

Saligh denne saligh ändas
Kropp wist dödd' i saligh Lande
Saligt derfor' blifwer satt.
Honom nu som saligt dödde
Dch här mången Swärheet mödde
Sustom så en saligh Matt.

Detta den sakt. Her Professorens til een skyldigh
Tienst och Ehreminne sammanfattat aff

DAVID LIND.

SONNETTO.



B arme Menskie Barn/ som wil så nödigt
tänckia
På ändä/när tig går i werlden wäl i hand
Besüer tig då först med en bedröfwat And/
När Wårlden stoor Dlust för Wållust månd'
instänckia/

Dit Sinne til tin Gudh då tu först börjar tänckia

När

Når Mootgång/Armod/Nöd/sorg ångest Eld oc Bråd
Förförand' tynders Sträck och gny til Warn och Land
Sampt hootand' Hinn's blåß ditt matte hjer ta kränckia.
Ach at tu wille rå i Tijdh! i Tijdh! i Tijdh!
Rätt noga tänckia hwar som hörer til din Tijdh.
Emedan tu får see hur' Döden ruckar bort
Den ena effter ann' / som han och nu nedslagit
Har här en höglärd Man/ deß Siel Gudh til sigh tagit
Vhissin Himbla Frögd. Ach! märck den tijdh är fort!

ISAAC Pülman.

Ach tu förgånglig Wärlde/ och förgångelig Seder;!
Hur' är din Wana ond / hur' är din Wana leder
At du ey längre bår/ de som än lefwa borde
Men låter dem fullstå i Jorden gömas fort!
Hwem är / den billigt ey sigh här öfwer förundrar
Och medh soor Sorgelåth här öfwer stadige dundrar
Uff orsak / att en Man här nu är slagen off
Medh Dödzens Lika Hwas och legges nidh i Graaf.
Är det ey Klagelåth / bör det ey högligh Qwiskas
Om hela Wärldens widd ey allan tijd vhspridas
Atten Höglärder Man är såledz slagen nedh /
Til Jorden såle omfull af Döden grymm och ledh?
I synneheet må jagh här öfwer billigt qwiska /
Som i en swäran tijd boremiste Fadren bligda
Doch hoppas jagh förwist wij lärarn mötas äth
I Herrans höga Ehor/ medh Frögd Fröjd/ Lust och stæ

At bewissa Sonlig Skyldigheet/ såsom och til
i hogkomelse förstädze faderlig kärlek
i hast författat aff

ANDREA Kempe.

Klingedicht.

Steigh/ D grynne Dödh/ som Fall' nu eneligh twinga
Zil sådan swär duel, en stulka höglård Man
Hooos hwem iag näst min Saar/berömlig bistånd fan
Dch är nu platt (ty wår) nedfallen för ein Klinga.
Det är so ynkfan wård at man et kan bezinga
Med högt Förstånd och Sinn' med lärdom konstet snål/
Eelkter längre liffe / ett mehra säkret tiål
Ehware man kunne gå/ ehware en wille springa.
Doch är det större Tröst at ehem alzintet stader
Som så i stilla roo/ insomna genom döden/
Ty wihl Himmels Högd en ewig Frögd the finna.
Fördenskul saar nu wål/ min trogne Lårosader/
Saar wål lycksalig Siäl/ bårerpycter wihur Nöden/
Gudh låte migb och stöf/ til samma Glädien hinna.

Denne sahl. höglårde Her Professoren för många
ehrwiste wålgerningar til hterst årostenst käre
seligen factar aff

CHRISTIerno FRISIO.

